UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Eidem. 406.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

δὲ, μᾶλλον θεὸς ἐν ἑκατέραις ταῖς φύσεσιν, εἷς ὑπάρχει υἱὸς τοῦ θεοῦ.

Τῷ αὐτῷ. υϛ.

Τὸν λίθον τοῦ μνήματος μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ κυρίου ὁ ἄγγελος ἀπεκύλισε. καὶ μὴ μετ' ἐκεῖνο νόμιζε γεγενῆσθαι τὴν ἀνάστασιν. εἰ δὲ λέγεις, τίς οὖν ἡ χρεία τῆς τοῦ ἀγγέλου παρουσίας; φαίην ἐγὼ, ὅτι ἔπειθε τοὺς ζητοῦντας ἐγηγέρθαι, ἀλλ' οὐ κεκλέφθαι τὸν κύριον, ἄγγελος τοῦτο πιστούμενος, καὶ πρὸς τοῦτο διακονούμενος. θεῷ γὰρ μόνῳ λειτουργοῦσιν οἱ ἄγγελοι.

Παλλαδίῳ διακόνῳ. υζ.

Ὁ θέλων ὑπὲρ Ἰσραηλιτῶν γενέσθαι ἀνάθεμα, καὶ τῆς Χριστοῦ βασιλείας δι' ἐκείνους ἀλλότριος, τί οὐκ ἂν καὶ ὑπέστη, καὶ ἔδρασεν, ἵνα τύχοιεν σωτηρίας ἐκεῖνοι. οὔτε οὖν περιτέμνων Τιμόθεον, οὔτε ἐν ἀζύμοις κειρόμενος, οὔτε δι' αὐτοὺς λέγων περικεῖσθαι τὴν ἅλυσιν, πρὸς τὸν νόμον ὑπέστρεφεν. ἀλλ' ὃν ἀφῆκεν ὡς τέλειος νηπίοις μᾶλλον ἁρμόζοντα, οἰκονομικῶς δι' ἐκείνους ἐδέχετο, ἵνα γένωνται τέλειοι.

Ἀθανασίῳ. υη.

Καλὴ μὲν καὶ ἐπαινετὴ ἡ μετάνοια, ἀλλ' ὀλίγοις γίνεται δυνατή. ὁ τοίνυν θεὸς ὁ θέλων τὴν ἐν ἐπιστροφῇ ζωὴν ἡμῶν, ἐξάξει ὕδωρ ἐκ τῆς καρδίας σου, δεύτερόν σοι λουτρὸν γενησόμενον, καὶ ἑκούσιον κολυμβήθραν, καθαίρουσαν σου τῶν μολυσμάτων τὴν συνείδησιν, ἵνα ποιήσῃς χαρὰν τοῖς ἀγγέλοις, οὓς ἁμαρτήσας ἐλύπησας.

Λεοντίῳ διακόνῳ. υθ.

Τὰ ὑπερφυῆ καὶ θεῖα παιδεύματα διδάσκων ὁ κύριος τὸν Παῦλον, ἐξ οὐρανοῦ αὐτῷ διαλέγεται, οὐράνιον εἶναι δεικνὺς, τὸ μέλλον αὐτῷ ἐγχειρίζεσθαι κήρυγμα.

Chriſtus. Quin potius Deus humanitate indutus, vnus in duabus naturis Dei Filius exiſtit.

Eidem. 406.

Angelus poſt Domini reſurrectionem lapidem à monumento reuoluit. Neque enim illud exiſtimes, reſurrectionem poſtea contigiſſe. Quòd ſi dixeris, ecquid igitur Angeli præſentia opus erat? reſpondeã ego: Iis, qui Dominum quærebant, fidem faciebat Angelus eum ad vitam rediiſſe, nec ſurreptum eſſe, cùm hoc affirmaret, atque ad eam rem operam nauaret. Nam Deo ſoli Angeli inſeruiunt.

Palladio Diacono. 407.

Is qui Iſraëlitarum cauſa anathema eſſe, ac propter eos à Chriſti regno excludi cupiebat, quid non & ſubiiſſet, & feciſſet, vt illi ſalutem conſequerentur? Quocirca nec cùm Timotheum circunciderет, nec cùm Azymorum tempore caput attonderet, nec cùm eorum cauſa cathena vinctũ ſe eſſe diceret, ad Legem reuertebatur: verùm quam vt adultus reliquerat, velut pueris potius congruentem, certo conſilio propter eos ſuſcepit, vt adulti ac perfecti efficerentur.

Athanaſio. 408.

Præclara quidem & laude digna eſt pœnitentis animi reſipiſcentia: ſed pauci eam conſequi poſſunt. Deus igitur, qui nos vitam per reſipiſcentiam obtinere cupit, de pectore tuo aquam educet, quæ tibi pro altero quodam lauacro ſit, ac voluntaria piſcina, conſcientiã tuam ab inquinamẽtis repurgans: vt Angelis, quos peccando in mœrorẽ conieciſti, lætitiæ cauſã præbeas.

Leontio Diacono. 409.

Natura præſtantiora & diuina documenta Dominus Paulo tradens, è cælo eũ alloquitur, vt prædicationem eam, quam ipſius fidei commiſſurus erat, cæleſtem eſſe demonſtraret.